

Iam minae faevi cecidere ferri,
 Iam filet murmur grave Clafficorum,
 Iam tacet stridor litui strepentis
 Alta pax urbi revoluta laetae est.

Medias saepe inter tenebras lux affulget serena,
 conveniunt animi, pernicipi antea publicae inten-
 ti, coeunt vulnera, summusque rerum Arbiter,
 nobis non sperantibus, quandoque omnia invertit,
 ut veritati litent, qui atrocissimi antehac illius
 hostes se gesserant. Venit namque Moses, cum
 duplicantur lateres; apparet sub vesperam lux, ubi
 Septentrionem metuebamus; Veniunt Romae
 halcyonia, propiorque, quam crediderant, salus,
 quod ab Oedero diligenter evolutum nuperrime
 memini. Omnia itura pessum, credebat sub
 Crypto-Calvinismo Ecclesia; Ast unius Incompa-
 rabilis Administratoris, Friderici Vilhelmi, in-
 dustria aliam ubique rerum faciem reducebat.
 Huic igitur spei intenti, numne pacis nos milites
 non gereremus? numne tranquillitatem servare in
 Ecclesia militante modis omnibus non niteremur?
 Dure, ab aliis dicta, rependere iisdem, Theolo-
 gi non est. Unam saevire in nubibus tempestatem,
 sat est; accedente, tonanteque altera, augetur,
 qui terram habitant, mortalibus metus. Sufficiat
 itaque, dura proloqui ex partibus unam: Imitato-
 res vero vel ipse Venusinus Vates merito multet.

Ego